S. P.

— — Verbosa et grandis epistola venit
A Capreis: bene habet.

Et sane si isto supplicii genere, Colend.^{mo} Pater, in cessantes et peccantes, ut ais, filios animadvertere decretum est Tibi, peream nisi quotidie jurgiorum praebere quam facere ansam mavelim. Nempe hoc illud est quod vetus Poëta

— solêâ puer objurgabere rubrâ:

hoc illud quod Graeci, Aureo sandalio vapulare. Itaque siquid ultra est quod reprehensum in nobis cupias, agedum et impinge, jam diu porrigimus manum isti ferulae: tanti erit à Patre objurgatum fuisse. Caeterum de Liberalitate quod ais Paterna, (quandoquidem de Latinitate, si Diis placet, expostulare quadantenus nobiscum libuit) siquidem Romane loquendum sit, nequaquam admittimus. Dices; sed ira cadat: Cum sponte Tuâ et ne rogatus quidem praestare nobis istuc beneficii constituisses, non de Liberalitate, quae petitionem Latinis praesupponit, sed Munificentia Tua gloriari per Calepinum licuit. Mitto jocum: et serio Tibi, Pater, gratias communi nomine refero quantum possum maximas, pro collata in utrumque nostrum seu Liberalitate seu munificentia, vere Paterna, vere Tuâ. Communi itidem nomine rogo nequa unquam in suspicionem venias alias quam honestis atque necessariis sumptibus impendi quantulumcunque id peculii est quod fidei nostrae concreditum voluisti. Turpis est sui collaudatio: et mihi id summopere invisum dicendi genus; Tu sis famam consulito, haec certiorem faciet

— — an siccis dedecus obstem
Cognatis, an rem Patriam rumore sinistro
Limen ad obscaenum frangam.

© Koninklijke Bibliotheek
KA 44, nr. 19
https://resources.huygens.knaw.nl/briefwisselingconstantijnhuygens/brief/nr/20

Quanquam sane, si quid pravis exemplis tribuendum, ...
quaerenda sint. Invitus fateor: Adeo immutata ...
honestissimi istius quondam contubernij nostri, ut colluv...
atq; vitiorum intra domesticos parietes alere nos non ...
Quod pace bonorum tamen credas velim; et paucos ...
excipio. Nam inter caeteros

Hic campo indulget: hunc alea decoquit: ...
In venerem putret:

homines nequam, putidi, impij, et, quod intolerabile, con...
quorum hic generis nobilitate, iste patrijs divitijs ...
nihil quam quod ipsi faciunt rectum putant: quibus ...
virtus odio, pietas opprobrio est. In medio hujus co...
ego, tantum abest ut pellicere valeant me blandi ist...
velut physicâ quadam contrariorum antiperistasi mag...
magis virtutis in me studium confirmari sentio. Na...
vitiorum deformitas nescio quid stimuli quo sui quidem...
virtutis vero commendationem affert. Itaq; cum toto...
die libris impensus vesperi ad communem coenam ven...
et temulentos hominum, non studijs sed vino grav...
contemplari libuit, factâ tum demum istius miserrimae vi...
collatione, nimis quantam voluptatem capio. Crede a...
spectaculorum tantum non quotidie copiam dari. Sed ...
coram: jamdiu enim timeo ne quid taedio sim; ignosces...
indignatione animo: fero enim libens lingua evomit...
oculus contuetur. Et jam pene epistolae modum ex...

addendum tamen de Studiorum progressibus: de quibus, uno verbo, omnia bona et speres et confidas velim. Absolutâ aliquando summariâ istâ Juris lectione, ad exactam ac specialem porro singulorum tractatuum excussionem alacri animo accessi. ubi, ex consilio eruditiorum, facto magis frequentium atque necessariarum materiarum delectu, familiares eas atque perspectas reddere conor mihi, quantum quidem totis viribus atque assiduâ lectione assequi potis est: postmodum aliquando ubi receptui canendum tuto suaseris, (cuius ego termini prorogationem aliquantulam peto: non vereor, quicquid de fratre in animo habeas) Thesibus ex harum aliquâ publico examini suppositis bono eventui cum bono Deo litaturus. Hunc rogo, ut aspiret bonus, et bene cœpta secundet. Tu Pater Colend.^mus vale. et me ama qui sum qui fui qui ero in perpetuum tibi

Lugd. Bat. vij.° Id. Mart. CIƆ IƆC XVII.

filius obsequent.^mus
Constantinus Huygens.

© Koninklijke Bibliotheek
KA 44, nr. 19
https://resources.huygens.knaw.nl/briefwisselingconstantijnhuygens/brief/nr/20

Patri Colendiss.mo

© Koninklijke Bibliotheek
KA 44, nr. 19
https://resources.huygens.knaw.nl/briefwisselingconstantijnhuygens/brief/nr/20